Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

deuinceret·et omnē gloriam eius principatus
auferret·et maximo cornu qd̄ erat in hirci frōte
primum ſignificari regē·et ortū quatuor cornu-
orum illo cadente qui ad quatuor partes terre
videbatur aſpicere·ſucceſſionem vniuſcuiuſq̄
poſt obitum primi regis dixit annunciare·et
diuiſionem regni inter eos eſſe faciendam·dū
ille prior nec filios·nec cognatos habiturus eēt
multiſq̄ annis in terrarum orbe eſſet regnatus
et ex eis quendam oriri regem·et expugnaturū
gentem eius·et leges atq̄ conuerſationē pariter
ablaturum·et templum depredaturum·et ſac-
ficia celebrare·tribus annis eſſe prohibiturum
Et hec vtiq̄ gens noſtra ſuſtinuit per anti-
ochum qui appellatus eſt epiphanes·hoc eſt p̄-
clarus·ſicut vidit daniel et ante multos diſcrip-
ſit·que omnia illi deo ſibi monſtrante cōſcribēs
reliquit·vti legentes et que iam ꝓuenere con-
ſiderantes·credant in honore diuino fuiſſe da-
nielem·et per hec que ſunt ita veriſſima epicu-
reos errare cognoſcant·qui et prouidentiā vite
negant·et deum res humanas curare non exi-
ſtimant·neq̄ a bt̄a in corruptibiliq̄ ſubſtantia
pro ſtabilitate cunctorum gubernari iudicant
vniuerſa·ſed hunc mūdum ſine rectore·et ſine
cura aliqua ferri ſpōte confirmant. Que ſi ita
ſunt ſine preſule·ſicut naues gubernatoribus
deſolatas ventorum violentia ſubmergi cōſpi-
cimus·aut currus ſine agitatore confringi·ita
et mundus ſine ꝓuidentie regimine olim po-
tuit deiici et perire quaſſatus. Ego itaq̄ daniel
dicta hec reſpiciens·valde puto a vera opiniōe
recedere eos qui nullam prouidentiam huma-
narum rerum dicunt habere deū. Non enim ſi
hec ſponte gererent̄ ſcd̄m illius ꝓphetiam oīa
ꝓuenire conſpicerem⁹. Ego ſiquidem ut de his
inueni et legi·ita conſcripſi. Siquis autē vult
opinionem aliam ſequi·crimē pro diuerſa ſen-
tentia non habebit.

Hec continetur in vndecimo libro ioſe-
phi hiſtoriarum antiquitatis iudaice,

Qualit̄ cirus perſarū rex iudeos Ca·primū
a babilonia ad ꝓpriam redite terram·et tem-
plum reedificare p̄cepit·dās eis pecuīas. ij.
Quomō prohibuerunt eos preſides regis·tē-
plum reedificare impedientes. Ca·terciū.
Qualiter defuncto ciro filius eius cambiſes ac-
cipiēs regnū interdixit omnino iudeis templū
reconſtruere. Capitulum q̄rtum.
Quia darius rex perſarū iſtaſpis filius honorauit
gentē iudeorū·et templū eius edificauit v.
Quia poſt ip̄m filius eius xerxes familiariter
iudeos tractauit. Capitulum ſextū.
Quomodo regnante artarxerxe·gens iudaica
pene cuncta deleta eſt. Capitulū ſeptimū.
Qualiter vagoſus dux artarxerxis·iunioris
multa ī iudeos iniurioſa miſit. Ca·octauū.
Quanta iudeis rex macedonum alexander bo-
na fecit·poſtq̄m iudeam obtinuit.
Continet hic liber tempus annorum ducentorū
quinquagintatrium·menſium quinq̄.

Incipit liber vndecim⁹.

PRimo imp̄ij
anno regis p-
ſarū ciri. Qui
ſeptuageſim⁹
cōcurrebat·ex
die quo nr̄m
populum cō-
tigit ex ꝓprijs
finibus ad ba-
bilonia̅ migr̄e
miſeratus eſt captiuitatis deus et illius calami-
tatis infeliciū iudeorum·et ſicut per hieremiā
ꝓphetam ante predixerat q̄m ciuitas euerteret̄
poſtq̄ ſeruierunt nabuchodonoſor et nepotibus
eius·et hanc ſuſtinuerunt ſeruitutem p̄ annos
fere ſeptuaginta·rurſus eos ad ꝓpriam reſtituit
terram·et templum reedificare·et preterita frui
felicitate decreuit. Concitans igitur animum
ciri·fecit eum per omnem aſyam ſcribere. Ci-
rus rex hec dicit. Quō me maximus orbis
terrarum deus regem conſtituit·credo hunc eſſe
quē gens iſrael adorat. Is enim et meum pre-
dixit nomen per prophetas·quō templum ei⁹
edificaturus eſſem in hieroſolimis in terra iu-
dea. Hec autem cognouerat cirus·legens li-
brum quē inter ſuas predicationes yſaias re-
liquerat ante ducenteſimum et decimum annū
Sic enim in archano predicauerat dixiſſe deū.
Quomodo volo cirum quē multarum et ma-
gnarum gentium regem conſtitui mittere po-
pulum meum ad propriam terram·et templū
michi conſtruere. Hec yſaias predicauerat·
ante annos centū xl·deſtructionis templi. Que
dum legeret cirus·et miraretur nomen domini
impetus eum quidam accepit·ut magnificam
ſcripturam impleret. Conuocans aūt clariſ-
ſimos iudeorum·qui babilone habitabant·

Iudei rede-
unt in prim[...]
permittente Cyro

Lr̄a Cyri